Fragmentarium

[illegible] genitum revela[vit] in [conspectu gentium iu]sti[ti]am suam. Alleluia

Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate dominum quia hodie descendit lux magna super terram.

In principio *Initium sancti ewangelii secundum Iohannem* erat verbum. Et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat. Et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet. et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimonium. ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognovit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus. neque ex voluptate carnis. neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitavit in nobis Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a patre. plenum gratie: et veritatis. *Offertorium.*

Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti iusti[ti]a et iudi[cium …] earum

License: public_domain – Turnhout, Stadsarchief Turnhout, 30040403, fol. [1]r – Noted missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-tykk/10604/77128)